

Archive Nord Rhein Westfalen, Werden Urkunden, toegang AA 0544 inventarisnummer 175, gedateerd 4 april 1338.

Nos Reynaldus, comes Gelrensis et Zutphaniensis, et Symon, comes in Benthem universis in perpetuum auditoris presentia uel visuris volumus notum esse quod vir famosus Arnoldus, domicellus in Almelo et Agnes, relicta quondam Ecberti, domicelli in Almelo, dicti Arnoldi mater, propter hoc in nostra comparentes presentia recognoverint manifeste se cum consensu unanimes et voluntate Hadewigis et Conegundis, dicti Arnoldi sororum et prefate Agnetis filiarum ceterorumque heredum suorum legitimorum et verorum vendidisse hereditarie viris honorabilibus et religiosis dominis abbati, preposito et conventui monasterii Werdinensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis diocesis advocatiam curtis dicte Monekinhof in Elvether site prope Aldenzele et omnium et singulorum mansorum et bonorum necnon etiam hominum universorum in dictam curtim spectantium ubicumque sitorum et residentium pro tricentis marcis bonorum denariorum Brabantinorum Arnoldo et Agneti predictis plene numeratis et solutis. Qua recognitione facta Arnoldus et Agnes Hadelwigis et Conigundis predicti resignaverunt predictam advocatiam cum universis suis iuribus pertinentiis in usus et utilitatem abbatis, propositi et conventus predictorum cum sollempnitate debita et consueta renunciantes omni iuri quod ipsis in advocatia curtis bonorum et hominum predictorum sive de iure sive de facto competebat et heredibus eorum competere posset quomodolibet in futurum nichil iuris aut questionis in curte bonis et hominibus universis predictis sibi et suis heredibus reservando a perturbatione, gravamine ac molestatione dictorum hominum per se ac alias personas interpositas etiam penitus recedendo renunciantes nichilominus omni auxilio facti et iuris tam canonici quam civilis quod ipsis vel eorum heredibus posset contra premissa aliquo modo suffragari Promiserunt etiam Arnoldus, Agnes, Hadewigis et Conegundis se predicti iustam warandiam dicte advocatie prestare seu facere abbati, preposito et conventui pro universis ac singulis abbatem, preposito et conventum racione dictorum 15 advocatie impetentibus vel in posterum impetituris iuris forma in quorum omnium testimonium et robur perpetuo valituri sigilla nostra una cum sigillis Arnoldi et Agnetis predictorum presentibus appensis pro se et Hadewigi ac Conegundi predictis appendere dignum duximus precibus eorundem inclinati. Datum anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo octavo ipso beati Ambrosii episcopi.

Wij Reinald, graaf van Gelre en Zutphen, en Simon, graaf te Bentheim willen dat allen die dit document zullen horen of zien voor eeuwig bekend is dat de beroemde man Arnold, jonkheer in Almelo, en Agnes, de weduwe van wijlen Egbert, jonkheer in Almelo, de moeder van de genoemde Arnold, hierom in onze aanwezigheid zijn verschenen en duidelijk hebben erkend dat zij met de eensgezinde instemming van Hadewig en Conigunde, zusters van de genoemde Arnold en dochters van de voornoemde Agnes, en van hun andere wettige en ware erfgenamen aan de eerbare en vrome heren abt, proost en gemeenschap van het klooster (5) Werden van de orde van de heilige Benedictus in het bisdom Keulen de voorgedij van de hof genaamd Monickenhof in Elfter, gelegen bij Oldenzaal, en alle woningen en goederen en ook alle mensen, die de genoemde hof aangaan, waar ze ook gelegen zijn en verblijven, voor 300 marken in goede Brabantse penningen, die aan de voornoemde Arnold en Agnes volledig zijn neergeteld en uitbetaald, overerfbaar hebben verkocht. Na dit erkend te hebben, hebben de voornoemde Arnold en Agnes afstand gedaan van de voornoemde voorgedij met alle rechten die daarbij horen voor het gebruik en nut van de voornoemde abt, proost en gemeenschap, terwijl

zij met de verplichte en gebruikelijke plechtigheid afstand doen van elk recht dat hen ten aanzien van de voornoemde voogdij van de hof, de goederen en de mensen (10) rechtens of feitelijk toekwam en hun erfgenamen zou kunnen toekomen hoe dan ook door in de toekomst geen recht of claim in al de voornoemde zaken, de hof, de goederen en mensen voor zich en hun erfgenamen te bewaren, door ook zich geheel en al te onthouden van verstoring, bezwaring en hinder van de genoemde mensen door henzelf en andere tussenpersonen, terwijl zij niettemin afstand doen van elke hulp van feit en recht, zowel canoniek als burgerlijk, dat hen of hun erfgenamen op de een of andere wijze zou kunnen helpen tegen de voornoemde dingen. Ook hebben de vaak genoemde Arnold, Hadewig en Conegunde beloofd een rechtvaardige garantie te geven of leveren aan de abt, proost en kloostergemeenschap voor alles tezamen en afzonderlijk tegen hen die de abt, de proost en de kloostergemeenschap vanwege de voogdij (15) voor het gerecht dagen of later zullen dagen op grond van een juridisch document. Tot een bewijs en een bekrachtiging die eeuwig zal gelden meenden wij dat het waard was onze zegels samen met de zegels van de voornoemde Arnold en Agnes aan dit document, dat van zegels is voorzien voor zichzelf en de voornoemde Hadewig en Conegunde, te hangen, hiertoe gebracht door hun verzoek. Gegeven in het jaar van de Heer 1338 op de dag van de heilige bisschop Ambrosius.

WvB